

Philippum Sautensem prepositum. Item genuit  
Goswinum et Thiericum, qui in iuventute  
mortui sunt. Item genuit

que con. qui

Reh.

11. CCCXI<sup>d</sup>

a) sancte con. sancta

Conradum, qui successit patri in Lusacia. Ge-  
nuit preterea filiam Agnesam, que nupsit  
Bartholo duci de Meran, qui genuit ex  
ea filios Ottonem ducem de Meran et  
marchionem de Ostirich, qui etiam de  
Andasse dicebatur, et Ekkehardum Bobin-  
torgensem episcopum et Bartholum pat-  
riarcham Aquilegensium. Item genuit  
tres filias, quarum una nupsit regi France  
Philippo, alia regi Ungarie, que fuit mater  
sancte Elizabeth. Tercia duci Slesie Thierico  
que fuit et est sancta Hedwigis. Sic signi-  
ficat Dedo patrem suum Conradum iunior-  
em monasterium solenne canonico-  
rum regularium fundavit in Schillam,  
quod hodie possident fratres ordinis milita-  
rii de domo Theutonica. Dedicatum fuit  
hoc monasterium anno Domini MCCXXIII.  
Accepit autem primos canonicos et frates  
de Pereno Monte et primus prepositus Theodori-  
cus fuit. Quomodo autem istud monasterium  
devenit ad cruciferos plena de hoc habetur  
historia longa apud sanctum Thomam in  
Liptitz, quod ibidem perlegi et ut aliquid  
scribatur. Fratres ~~nobiles~~ quidem nobiles  
genere et sanguine, sed ignobiles moribus  
prepositum eorum uno pede cum gladio  
militarunt ac ita inordinate vixerunt  
quod eisdem per advocatos marchionum Mis-  
nensium repulsi et exclusi ipsi cruciferos  
magna dona donantibus locum taliter qua-  
litor obtinuerunt. Et ut in superioribus dic-  
tum est fuit, quod Dedo frater patris sui  
Conradi marchionis, habuit uxorem Ber-  
tam filiam Wiperti comitis et marchio-  
nis de Grotz, ex quo non habuit filium, hunc  
Dedonem de Rochelitz adoptavit in filium et

b) nobiles add. ad del.

anq. nobiles del.

Missm

et

Rochelitz

hunc Dedonem de Rochelitz del.

add. red.